tus non tractus Ullus maritimus tutus amplius a vi et impetu eius esse poterit
mediterranea et remotissima queque ut est insaciabilis et alienum appetens bellua
nunc spectabit vos et si iactura ipa nunc fecit diu ante ~~deflecte~~ sumus quam maio-
re potius periculorum instantia excitatores extiterimus ~~[illegible]~~ facti / augemus classem
nostram et ad nova firmioraque mittenda presidia non desistimus / ut loca nostra et
ceteros christianos populos quorum terminis imminet ~~[illegible]~~ hostis tueamur (tamen non ignari tanti-
tas vires nostras impares esse tanto hosti / iam diu supra vires stetimus / restitimusque
iam septennio elapso / sustinuimus impetum et ruinam christianitatis Sed maioribus viribus
opus est / christianorum omnium principum interest liberanti atque adeo labenti rei publice
christiane ferre suppetias non est cur amplius alter alterum spectemus / nec est cur de privato
et alieno quomodo disputemus / ineunda sunt festinato salutaria consilia / arma nunc
sumenda / hosti insolentissimo maturate occurrendum celeritate / et facto securitati omnium et
presertim Ytalie prospiciendum est (Hec non ideo Reverende dominationi vestre scribenda duximus quod
non optime omnia ista tenere eam et iam prospexisse dubitemus Sed quod in eadem
nobiscum ut credimus omnis christianitas est in eodem periculo versatur Cumque auctoritate et consilio
et sapientia polleat / et gubernacula ecclesie dei teneat / consule et opitulare rebus afflicte
christianitatis salutari possitis / nisi enim Ytalia concitet / christiani principes moveant nunc
hec complectatur ab omnibus volentes quod ducant et nolentes trahant procul dubio
paulo post actum erit de omni christiana summa Datum in nostro ducali palatio die xviij augusti
Indictione tercia Millesimoquadringentesimoseptuagesimo

Christoforus Mauro dei gratia dux
Venetiarum

355